

The Electronic Compendium moralium notabilium Project  
(<http://web.wlu.ca/history/cnighman/CMN/index.html>)

66 quotations attributed to Gregorius Magnus in the *Compendium moralium notabilium* (from  
*Epytoma sapientie*, Venice, 1505)

Pars 1, Liber 1, Rubrica 9: De mundana flagellatione et tentatione dilectorum dei (fol.3vb):

Gregorius in pastorali capitulo 51. **De spe eterne hereditatis gaudium sumant quos  
aduersitas vite temporalis humiliat: quia nisi saluandos in perpetuum cerneret  
erudiendos sub discipline regimine diuina dispensatio non frenaret.**

Hinc ergo de spe aeternae hereditatis gaudium sumant, quos aduersitas uitae  
temporalis humiliat, quia nisi saluandos in perpetuum cerneret, erudiendos sub  
disciplinae regimine diuina dispensatio non frenaret.

Gregorius Magnus, *Regula pastoralis*, 3.26 (SC 382, F. Rommel ed., p.444, ll.87-91).

Pars 1, Liber 1, Rubrica 14: De spe atque desperatione hominis ad deum (fol.5rb-va):

Gregorius in pastorali capitulo 51. **De spe eterne hereditatis gaudium sumat quos aduersitas vite temporalis humiliat: quia nisi saluandos in perpetuum cernent erudiendos sub discipine regimine diuina dispensatio non frenaret.**

Hinc ergo de spe aeterne hereditatis gaudium sumant quos, aduersitas uitae temporalis humiliat, quia nisi saluandos in perpetuum cerneret, erudiendos sub disciplinae regimine diuina dispensatio non frenaret.

Gregorius Magnus, *Regula pastoralis*, 3.26 (SC 382, F. Rommel ed., p.444, ll.87-91).

Pars 1, Liber 1, Rubrica 16: De ieiunii religione (fol.6ra):

Gregorius in pastorali capitulo 44. **Admonendi sunt abstinentes vt nouerint quia tunc placentem deo abstinentia offerunt cum ea qui sibi de alimentis subtrahunt indigentibus largiuntur. Non deo sed sibi quisque ieiunat si ea que sibi ad tempus subtrahit non inopibus subtrahit: sed ventri postmodum offerenda custodit.**

Ammonendi sunt abstinentes, ut nouerint, quia tunc placentem Deo abstinentiam offerunt, cum ea quae sibi de alimentis subtrahunt, indigentibus largiuntur. Sollerter namque audiendum est, quod per prophetam Dominus redarguit, dicens: *Cum ieiunaretis et plangeretis in quinto et in septimo mense per hos septuaginta annos, numquid ieiunium ieiunastis mihi? Et cum comeditis et cum bibitis, numquid non uobis comeditis, et uobismetipsis bibitis? Non enim Deo, sed sibi quisque ieiunat, si ea quae uentri ad tempus subtrahit, non inopibus tribuit, sed uentri postmodum offerenda custodit.*

Gregorius Magnus, *Regula pastoralis*, 3.19 (SC 382, F. Rommel ed., p.378, ll.90-101).

Pars 1, Liber 2, Rubrica 5: De tranquillitate et bona vita et non bona (fol.18vb):

Gregorius in pastorali capitulo 10. **Quid est potestas culminis nisi tempestas mentis in qua cogitationum semper procellis nauis cordis quatitur: huc illucque incessanter impellitur: vt per repentinos excessus oris et operis quasi per obuiantia saxa frangatur.**

Quid namque est potestas culminis, nisi tempestas mentis? In qua semper cogitationum procellis nauis cordis quatitur, huc illucque incessanter impellitur, ut per repentinos excessus oris et operis quasi per obuiantia saxa frangatur.

Gregorius Magnus, *Regula pastoralis*, 1.9 (SC 381, F. Rommel ed., p.160, ll.32-36).

Pars 1, Liber 3, Rubrica 3: De affectibus et motibus animorum (fol.19vb):

Gregorius in pastorali capitulo 12. **Humanum quidem est in corde tentationem perpeti: demoniacum vero est tentationis certamine in operatione superari.**

Humanum quidem est temptationem in corde perpeti, daemonicum uero est in temptationis certamine et in operatione superari.

Gregorius Magnus, *Regula pastoralis*, 1.11 (SC 381, F. Rommel ed., p.170, ll.91-93).

Pars 1, Liber 3, Rubrica 5: De moralitate circa se et alium (fol.20rb):

Gregorius in pastorali capitulo 52. **Quisque non tam que ab altero tolerat quam que ab ipso tolerantur attendat. Si enim sua que portantur considerat ea que ab altero sustinet leuius portat.**

Ammonendi quoque sunt, ut eorum quisque non tam quae ab altero tolerat, quam quae ab ipso tolerantur attendat. Si enim sua quae portantur considerat, ea quae ab altero sustinet, leuius portat.

Gregorius Magnus, *Regula pastoralis*, 3.27 (SC 382, F. Rommel ed., p.450, ll.51-54).

Pars 1, Liber 3, Rubrica 8: De defectu naturali humane mortalitatis et naturalitatis (fol.21rb):

Gregorius in pastorali capitulo 20. **Nemo est qui ita uiuat vt aliquatenus non delinquat.**

Nemo quippe est, qui ita uiuat, ut aliquatinus non delinquat.

Gregorius Magnus, *Regula pastoralis*, 2.8 (SC 381, F. Rommel ed., p.234, ll.46-47).

Pars 2, Liber 1, Rubrica 2: De bonitate et prauitate (fol.26ra-rb):

Gregorius in pastorali capitulo 38. **Bona per semetipsa amanda sunt: et non penis compellentibus exequenda: nam qui propterea bona facit quia tormentorum mala meruit: vult non esse quod metuat vt audenter committat illicita.**<sup>1</sup> Capitulo 47. **Quo quisque melius sapit eo deterius delinquit.**<sup>2</sup> **Malorum cum incaute amicitii iungimur: culpis ligamur.**<sup>3</sup>

1. Bona enim pro semetipsis amanda sunt, et non poenis compellentibus exsequenda. Nam qui propterea bona facit, quia tormentorum mala metuit, uult non esse quod metuat, ut audenter illicita committat.

Gregorius Magnus, *Regula pastoralis*, 3.13 (SC 382, F. Rommel ed., p.336, ll.25-29).

2. Quo enim quisque melius sapit, eo deterius delinquit, et idcirco inexcusabiliter merebitur supplicium, quia prudenter, si uoluisset, potuit uitare peccatum.

Gregorius Magnus, *Regula pastoralis*, 3.22 (SC 382, F. Rommel ed., p.404, ll.34-36).

3. Malorum namque cum incaute amicitii iungimur, culpis ligamur.

Gregorius Magnus, *Regula pastoralis*, 3.22 (SC 382, F. Rommel ed., p.410, ll.108-109).



Pars 2, Liber 1, Rubrica 8: De intentione et facto (fol.28rb):

Gregorius in pastorali capitulo 57. **Non tam prae facta dominus quam studia prauitatis insequitur: in factis enim sepe infirmitate: sepe negligentia: in studiis vero malitiosa semper intentione peccatur.**

non tam prae facta Dominus quam studia prauitatis insequitur. In factis enim saepe infirmitate, saepe negligentia, in studiis uero malitiosa semper intentione peccatur.

Gregorius Magnus, *Regula pastoralis*, 3.32 (SC 382, F. Rommel ed., p.496, ll.90-93).

Pars 2, Liber 1, Rubrica 14: De iustitie naturalis iudicio (fol.30va):

Gregorius in pastorali capitulo 18. **Tanto apud deum obligatiores sumus quanto apud homines inulte peccamus.**

Tanto ergo apud Dominum obligatiores sumus, quanto apud homines inulte peccamus.

Gregorius Magnus, *Regula pastoralis*, 2.6 (SC 381, F. Rommel ed., pp.210, 212, ll.122-126).

Pars 2, Liber 2, Rubrica 1: De veritate et falsitate et mendacio (fol.31rb):

Gregorius in pastorali capitulo 36. **Impuri dum deprehendi metuunt semper improbas defensiones querunt: semper pavidis suspitionibus agitantur: nihil autem est ad defendendum puritate tutius: nihil ad dicendum veritate facilius.**

Dum enim deprehendi metuunt, semper improbas defensiones quaerunt, semper pavidis suspicionibus agitantur. Nil autem est ad defendendum puritate tutius, nil ad dicendum ueritate facilius.

Gregorius Magnus, *Regula pastoralis*, 3.11 (SC 382, F. Rommel ed., p.316, ll.26-29).

Pars 2, Liber 2, Rubrica 7: De versutia dolo malo seu malitia fraude et deceptione (fol.34rb):

Gregorius in pastorali capitulo 36. **Impuri dum reprehendi metuunt semper improbas defensiones querunt: semper pavidis suspitionibus agitantur. Nihil autem est ad defendendum puritate tutius. Nihil ad dicendum veritate facilius.**

Dum enim deprehendi metuunt, semper improbas defensiones quaerunt, semper pavidis suspicionibus agitantur. Nil autem est ad defendendum puritate tutius, nil ad dicendum ueritate facilius.

Gregorius Magnus, *Regula pastoralis*, 3.11 (SC 382, F. Rommel ed., p.316, ll.26-29).

Pars 2, Liber 2, Rubrica 8: De simplicitate seu prauitate et multiplicitate animi (fol.34vb):

Gregorius in pastorali capitulo 36. **Nihil ad defendendum puritate tutius.**

Nil autem est ad defendendum puritate tutius, nil ad dicendum ueritate facilius.

Gregorius Magnus, *Regula pastoralis*, 3.11 (SC 382, F. Rommel ed., p.316, ll.28-29).

Pars 2, Liber 2, Rubrica 11: De suspitione et suspitiosis (fol.35va):

Gregorius in pastorali capitulo 36. **Impuri dum deprehendi timent: semper pauidis suspitionibus agitantur.**

Dum enim deprehendi metuunt, semper improbas defensiones quaerunt, semper pauidis suspicionibus agitantur.

Gregorius Magnus, *Regula pastoralis*, 3.11 (SC 382, F. Rommel ed., p.316, ll.26-27).

Pars 2, Liber 3, Rubrica 8: De amicitia vera et amicis veris (fol.40va):

Gregorius in pastorali capitulo 47. **Malorum cum incaute amicitiiis iungimur: culpis ligamur.**

Malorum namque cum incaute amicitiiis iungimur, culpis ligamur.

Gregorius Magnus, *Regula pastoralis*, 3.22 (SC 382, F. Rommel ed., p.410, ll.108-109).

Pars 2, Liber 4, Rubrica 2: De inuidia: zelo et nemessatione (fol.43vb):

Gregorius in pastorali capitulo 35. **Inuidi dum liuorem a corde non proiiciunt ad apertas operum nequitias deuoluuntur.**

Ammonendi sunt inuidi ut cognoscant quantis laspibus succrescentis ruinae subiaceant, quia dum liuorem a corde non proiiciunt, ad apertas operum nequitias deuoluuntur.

Gregorius Magnus, *Regula pastoralis*, 3.10 (SC 382, F. Rommel ed., p.312, ll.55-57).



Pars 2, Liber 4, Rubrica 5: De discordia (fol.44va):

Gregorius in pastorali capitulo 48. **Omnes qui per discordiam separantur a viriditate dilectionis arescunt.**

Omnes autem qui per discordiam separantur a uiriditate dilectionis, arefiunt.

Gregorius Magnus, *Regula pastoralis*, 3.23 (SC 382, F. Rommel ed., p.414, ll.25-26).

Pars 2, Liber 4, Rubrica 6: De susurratione et seminatione discordiarum (fol.44vb):

Gregorius in pastorali capitulo 48. **Seminantes discordiam charitatem: quae nimirum virtutum est omnium mater extinguit.**

In uno enim malo innumera peragunt, quia seminando discordia, caritatem quae nimirum virtutum est omnium mater, extinguit.

Gregorius Magnus, *Regula pastoralis*, 3.23 (SC 382, F. Rommel ed., p.414, ll.31-33).

Pars 2, Liber 6, Rubrica 3: De principibus: ducibus et regibus (fol.55ra):

Gregorius in pastorali capitulo 18. **Sit rector bene agentibus per humilitatem socius: contra delinquentium vitia per zelum iustitiae erectus.**<sup>1</sup> **Tunc necesse est vt rectores a subditis timeantur quando ab eis deum timeri minime deprehendunt: vt humana saltem formidine peccare metuant: qui diuina iudicia non formidant.**<sup>2</sup> **Summus locus est: bene regitur cum his qui praest vitiis potius quam fratribus dominatur.**<sup>3</sup>

1. Sit rector bene agentibus per humilitatem socius, contra delinquentium vitia per zelum iustitiae erectus.

Gregorius Magnus, *Regula pastoralis*, 2.6 (SC 382, F. Rommel ed., p.202, ll.3-4).

2. Et tamen necesse est ut rectores a subditis timeantur, quando ab eis Deum minime timeri deprehendunt; ut humana saltem formidine peccare metuant, qui diuina iudicia non formidant.

Gregorius Magnus, *Regula pastoralis*, 2.6 (SC 382, F. Rommel ed., p.204, ll.28-31).

3. Summus itaque locus bene regitur, cum is qui praest vitiis potius quam fratribus dominatur.

Gregorius Magnus, *Regula pastoralis*, 2.6 (SC 382, F. Rommel ed., p.210, ll.112-113).

Pars 2, Liber 6, Rubrica 7: De licentia facultate et regularitate (fol.56va):

Gregorius in pastorali capitulo 4. **Plerumque qui in aduersitatis magisterio sub disciplina comprimitur: si ad regiminis culmen eruperit in elationem vsu glorie permutatur.**

Nam plerumque aduersitatis magisterio sub disciplina cor primitur, quod si ad regiminis culmen eruperit, in elationem protinus usu glorie permutatur.

Gregorius Magnus, *Regula pastoralis*, 2.6 (SC 382, F. Rommel ed., p.138, ll.30-32).

Pars 2, Liber 6, Rubrica 9: De placiditate et ferocitate regis et iudicis (fol.57vb):

Gregorius in pastorali capitulo 18. **Sit rector bene agentibus per humilitatem socius: contra delinquentium vitia per zelum iustitiae erectus.**<sup>1</sup> **Summus locus bene regitur: cum is qui praestitit vitia potius quam fratribus dominatur.**<sup>2</sup>

1. Sit rector bene agentibus per humilitatem socius, contra delinquentium vitia per zelum iustitiae erectus.

Gregorius Magnus, *Regula pastoralis*, 2.6 (SC 382, F. Rommel ed., p.202, ll.3-4).

2. Summus itaque locus bene regitur, cum is qui praestitit vitia potius quam fratribus dominatur.

Gregorius Magnus, *Regula pastoralis*, 2.6 (SC 382, F. Rommel ed., p.210, ll.112-113).

Pars 2, Liber 6, Rubrica 18: De iudiciali misericordia: venia: et impunitate (fol.60ra):

Gregorius in pastorali capitulo 18. **Disciplina vel misericordia multum destituitur: si vna sine altera teneatur: sed erga subditos suos inesse rectoribus debet: et iuste consulens misericordia et pie seuiens disciplina.**<sup>1</sup> **Misericordia est lenitas cum seueritate: faciendo quoddam ex vtroque temperamentum: vt neque multa asperitate exulcerentur subditi: neque nimia benignitate soluantur.**<sup>2</sup> 22. capitulo. **Cum non malitia sed sola ignorantia vel infirmitate delinquitur: profecto necesse est vt magno moderamine ipsa delicti correctio temperetur.**<sup>3</sup> 41. capitulo. **Nonnunquam mansueti cum presunt vicinum et quasi iuxta positum torporem desidie patiuntur: et plerumque nimia resolutione lenitatis vltra quam necesse est vigorem districcionis emoliunt.**<sup>4</sup>

1. Disciplina uel misericordia multum destituitur, si una sine altera teneatur. Sed erga subditos suos inesse rectoribus debet et iuste consulens misericordia, et pie seuiens disciplina.

Gregorius Magnus, *Regula pastoralis*, 2.6 (SC 382, F. Rommel ed., p.216, ll.186-190).

2. Miscenda ergo est lenitas cum seueritate; faciendo quoddam ex utroque temperamentum: ut neque multa asperitate exulcerentur subditi, neque nimia benignitate soluantur.

Gregorius Magnus, *Regula pastoralis*, 2.6 (SC 382, F. Rommel ed., p.216, ll.198-201).

3. Nam cum non malitia, sed sola ignorantia vel infirmitate delinquitur, profecto necesse est ut magno moderamine ipsa delicti correctio temperetur.

Gregorius Magnus, *Regula pastoralis*, 2.10 (SC 382, F. Rommel ed., p.244, ll.84-86).

4. Nonnunquam namque mansueti cum presunt, uicinum et quasi iuxta positum torporem desidiae patiuntur: Et plerumque nimia resolutione lenitatis, vltra quam necesse est vigorem districcionis emolliunt.

Gregorius Magnus, *Regula pastoralis*, 3.16 (SC 382, F. Rommel ed., p.354, ll.4-7).

Pars 2, Liber 6, Rubrica 19: De seueritate seu rigore et crudelitate seu seuitia (fol.60rb):

Gregorius in pastorali capitulo 18. **Disciplina vel misericordia multum destituitur si vna sine altera teneatur. Sed erga subditos suos inesse rectoribus debet: tunc iuste consulens misericordia et pie seuiens disciplina.**

Disciplina uel misericordia multum destituitur, si una sine altera teneatur. Sed erga subditos suos inesse rectoribus debet et iuste consulens misericordia, et pie seuiens disciplina.

Gregorius Magnus, *Regula pastoralis*, 2.6 (SC 382, F. Rommel ed., p.216, ll.186-190).

Pars 3, Liber 2, Rubrica 3: De prudentia et premeditatione atque deliberatione [n.p. 2rb]:

Gregorius in pastorali capitulo 47. **Dum contra ictum quisque paratior redditur: hostis qui se inopinatum credidit eo ipso quo praeuisus est eneruatur.**

Quia dum contra ictum quisque paratior redditur, hostis qui se inopinatum credidit, eo ipso quo praeuisus est, eneruatur.

Gregorius Magnus, *Regula pastoralis*, 3.32 (SC 382, F. Rommel ed., p.495, ll.68-70).



Pars 3, Liber 2, Rubrica 4: De consilio [n.p. 3rb]:

Gregorius in pastorali capitulo 57. **Tardius peccatum soluitur quod per consilium solidatur.**

Nam tardius peccatum soluitur quod per consilium solidatur.

Gregorius Magnus, *Regula pastoralis*, 3.32 (SC 382, F. Rommel ed., p.494, ll.77-78).

Pars 3, Liber 2, Rubrica 11: De pocioritate qualitatis et quantitatis [n.p. 5vb]:

Gregorius in pastorali capitulo 58. **Admonendi sunt qui quamuis in minimis: tamen frequenter excedunt: vt nequaquam considerent qualia sed quanta committant: facta etenim sua si despiciunt timere cum pensant: debent formidare cum numeratur.**

Admonendi sunt qui quamuis in minimis sed tamen frequenter excedunt, ut nequaquam considerent qualia, sed quanta committant. Facta enim sua si despiciunt timere cum pensant: debent formidare cum numerant.

Gregorius Magnus, *Regula pastoralis*, 3.33 (SC 382, F. Rommel ed., p.498, ll.4-10).

Pars 3, Liber 3, Rubrica 3: De doctrina et doctoribus seu magistris (fol.66va-vb):

Gregorius in pastorali capitulo i. **Sunt plerique qui dum metiri se nesciunt que non didicerint: docere concupiscunt: qui pondus magisterii tanto leuius existimant quanto vim magnitudinis illius ignorant.**<sup>1</sup> 2. capitulo. **Nulla ars doceri presumatur nisi in certa prius meditatione discatur.**<sup>2</sup>

1. Sed quia sunt plerique mihi imperitia similes, qui dum metiri se nesciunt, quae non didicerint: docere concupiscunt; qui pondus magisterii tanto leuius aestimant quanto vim magnitudinis illius ignorant.

Gregorius Magnus, *Regula pastoralis*, pref. (SC 382, F. Rommel ed., p.126, ll.27-30).

2. Nulla ars doceri praesumatur, nisi intenta prius meditatione discatur.

Gregorius Magnus, *Regula pastoralis*, 1.1 (SC 382, F. Rommel ed., p.128, ll.1-2).

Pars 3, Liber 3, Rubrica 6: De exemplo et imitatione (fol.68va-vb):

Gregorius in pastorali capitulo 3. **Nemo in ecclesia magis nocet quam qui peruerse agens nomen vel ordinem sanctitatis habet. In exemplum culpa vehementer extenditur quando pro reuerentia ordinis peccator honoratur.**

Nemo quippe amplius in Ecclesia nocet, quam qui peruerse agens, nomen uel ordinem sanctitatis habet. Delinquentem namque hunc redarguere nullus praesumit; et in exemplum culpa vehementer extenditur, quando pro reuerentia ordinis peccator honoratur.

Gregorius Magnus, *Regula pastoralis*, 1.2 (SC 382, F. Rommel ed., p.135, ll.26-30).

Pars 3, Liber 4, Rubrica 8: De labore oportuno et torpore seu mollitie (fol.74ra):

Gregorius in pastorali capitulo 40. **Plerunque piger dum necessaria agere negligit: quedam sibi difficilia opponit: quedam vero incaute formidat: et dum quasi inuenit quod vel iuste metuat ostendit quod in ocio quasi non iniuste torpescat.**

Plerunque piger dum necessaria agere negligit, quaedam sibi difficilia opponit, quaedam vero incaute formidat: et dum quasi inuenit quod velut iuste metuat ostendit quod in otio quasi non iniuste torpescat.

Gregorius Magnus, *Regula pastoralis*, 3.15 (SC 382, F. Rommel ed., p.350, ll.27-30).

Pars 3, Liber 5, Rubrica 1: De taciturnitate et loquacitate (fol.75ra):

Gregorius in pastorali capitulo 39. **Plerunque nimis taciti cum nonnulla iniusta patiuntur eo in acriorem dolorem prodeunt quo ea que sustinent non loquuntur.<sup>1</sup> Qui linguam non refrenat concordiam dissipat.**

1. Plerunque autem nimis taciti cum nonnulla iniusta patiuntur, eo in acriorem dolorem prodeunt, quo ea quae sustinent non loquuntur.

Gregorius Magnus, *Regula pastoralis*, 3.14 (SC 382, F. Rommel ed., p.342, ll.31-33).

2. Quia qui linguam non frenat, concordiam dissipat.

Gregorius Magnus, *Regula pastoralis*, 3.14 (SC 382, F. Rommel ed., p.346, ll.95-96).

Pars 3, Liber 5, Rubrica 7: De circumscriptione prolocutionis aliene malignitatis (fol.76va-vb):

Gregorius in pastorali capitulo 56. **Plerunque culpa dum absconditur effugatur: quia dum mens erubescit videri quod tamen esse non metuit: erubescit quandoque esse quod fugit videri.**

Plerunque enim culpa dum absconditur, effugatur, quia dum mens erubescit videri quod tamen esse non metuit, erubescit quandoque esse, quod fugit videri.

Gregorius Magnus, *Regula pastoralis*, 3.31 (SC 382, F. Rommel ed., p.486, ll.15-18).

Pars 3, Liber 5, Rubrica 14: De minis (fol.78va):

Gregorius in pastorali capitulo 39. **Plerunque nimis taciti cum nonnulla iniusta patiuntur: eo in acriorem dolorem prodeunt quo ea qui sustinent non loquuntur.**

Plerunque autem nimis taciti cum nonnulla iniusta patiuntur, eo in acriorem dolorem prodeunt, quo ea quae sustinent non loquuntur.

Gregorius Magnus, *Regula pastoralis*, 3.14 (SC 382, F. Rommel ed., p.342, ll.31-33).



Pars 3, Liber 6, Rubrica 4: De exordio et partibus eius (fol.80va):

Gregorius in pastorali capitulo 20. **Difficile quippe est vt quantumlibet recta denunciatis predicator quomodo diligitur libenter audiatur.**

Difficile quippe est, ut quamlibet recta denunciatis praedicator qui non diligitur, libenter audiatur.

Gregorius Magnus, *Regula pastoralis*, 2.8 (SC 382, F. Rommel ed., p.234, ll.64-65).

Pars 3, Liber 6, Rubrica 9: De iteratione sermonis vitanda: de multiplicatione verborum (fol.82rb):

Gregorius in pastorali capitulo 16. **Sepe dictorum virtus perditur: cum apud corda audientium loquacitas incauta opportunitate leuigatur.**

Prouidendum quoque est sollicita intentione rectoribus ut ab eis non solum praua nullo modo, sed ne recta quidem nimie et inordinate proferantur; quia saepe dictorum uirtus perditur, cum apud corda audientium loquacitatis incauta importunitate leuigatur; et auctorem suum haec eadem loquacitas inquinat, quae seruire auditoribus ad usum proeuctus ignorat.

Gregorius Magnus, *Regula pastoralis*, 2.4 (SC 381, F. Rommel ed., pp.192, 194, ll.83-89).

Pars 4, Liber 1, Rubrica 4: De paucitatis acceptabilitate et reprobatione multitudinis (fol.87rb):

Gregorius in pastorali capitulo 5. **Impar quisque inuenitur ad singula dum confusa mente diuiditur ad multa.**<sup>1</sup> **Nequaquam plene vnius cuiusque operis ratio colligitur dum mens per diuersa partitur.**<sup>2</sup>

1. Et impar quisque inuenitur ad singula, dum confusa mente diuiditur ad multa.

Gregorius Magnus, *Regula pastoralis*, 1.4 (SC 382, F. Rommel ed., p.140, ll.4-5).

2. Quia uidelicet nequaquam plene unius cuiusque operis ratio colligitur, dum mens per diuersa partitur.

Gregorius Magnus, *Regula pastoralis*, 1.4 (SC 382, F. Rommel ed., p.140, ll.7-8).

Pars 4, Liber 1, Rubrica 5: De paulatinorum potentia (fol.87va):

Gregorius in pastorali capitulo 58. **Hoc agit scintilla latenter crescens: quod patenter procella seuiens.**

Et hoc agit sentina latenter crescens, quod patenter procella seuiens.

Gregorius Magnus, *Regula pastoralis*, 1.33 (SC 382, F. Rommel ed., p.498, ll.12-13).

Pars 4, Liber 1, Rubrica 9: De serotinis et tempestiuis (fol.88vb):

Gregorius in pastorali capitulo 40. **Sepe dum oportune agere que possumus nolumus paulo post cum volumus non valemus.**

Pigris itaque intimandum est quod saepe dum oportune agere quae possumus nolumus, paulo post cum uolumus non ualemus.

Gregorius Magnus, *Regula pastoralis*, 1.15 (SC 382, F. Rommel ed., pp.348-50, ll.7-9).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 2: De imperio et potestate et dominatione priuatorum (fol.97ra-rb):

Gregorius in pastorali capitulo 10. **Quid est potestas culminis nisi tempestas mentis: in qua cogitationum semper procellis nauis cordis quatitur: huc illucque incessanter impellitur vt per repentinos excessus oris et operis quasi per obuiantia saxa frangantur.**

Quid namque est potestas culminis, nisi tempestas mentis? In qua semper cogitationum procellis nauis cordis quatitur, huc illucque incessanter impellitur, ut per repentinos excessus oris et operis quasi per obuiantia saxa frangantur.

Gregorius Magnus, *Regula pastoralis*, 1.9 (SC 382, F. Rommel ed., p.160, ll.32-36).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 3: De humilitate: seu mititate superbia elatione et fastu (fol.97vb):

Gregorius in pastorali capitulo 3. **Nequaquam valet in culmine humiliter discere qui inuis positus non desinit superbire.**

Quia nequaquam ualet in culmine humilitatem discere, qui in imis positus non desiit superbire.

Gregorius Magnus, *Regula pastoralis*, 1.9 (SC 382, F. Rommel ed., p.158, ll.20-22).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 8: De terribilitate et metu (fol.99rb):

Gregorius in pastorali capitulo 38. **Bona per semetipsa amanda sunt: et non penis compellentibus exequenda. Nam qui propterea bona facit: quia tormentorum mala metuit vult non esse quod metuit vt audenter committat illicita.**

Bona enim pro semetipsis amanda sunt, et non poenis compellentibus exsequenda. Nam qui propterea bona facit, quia tormentorum mala metuit, vult non esse quod metuat, ut audenter illicita committat.

Gregorius Magnus, *Regula pastoralis*, 3.13 (SC 382, F. Rommel ed., p.336, ll.25-29).



Pars 4, Liber 5, Rubrica 3: De modis alliciendi alterius voluntatem ad se amandum amore: venereo: et de his que parant hominem libidini veneneree (fol.111va-vb):

Gregorius in pastorali capitulo 28. **Habent leti ex propinquo luxuriam.**<sup>1</sup> 44. capitulo. **Dum sacietate venter extenditur aculei libidinis excitantur.**<sup>2</sup> **Gule deditos luxuria sequitur.**<sup>3</sup> **Admonendi sunt gule dediti ne in eo quod escarum delectationi incumbant luxurie se mucrone transfigant.**<sup>2</sup>

1. Habent enim laeti ex propinquo luxuriam, tristes iram.

Gregorius Magnus, *Regula pastoralis*, 3.3 (SC 382, F. Rommel ed., p.274, ll.13-14).

2. Quos plerumque edacitas usque ad luxuriam pertrahit, quia dum satietate uenter extenditur, aculei libidinis excitantur.

Gregorius Magnus, *Regula pastoralis*, 3.19 (SC 382, F. Rommel ed., pp.372, 374, ll.17-19).

3. Quia gulae deditos luxuria sequitur, propheta testatur, qui dum aperta narrat, occulta denuntiat, dicens: *Princeps coquorum destruxit muros Hierusalem.*

Gregorius Magnus, *Regula pastoralis*, 3.19 (SC 382, F. Rommel ed., p.374, ll.24-27).

4. Ammonendi ergo sunt gulae dediti, ne in eo quod escarum delectationi incubant, luxuriae se mucrone transfigant quanta sibi per esum loquacitas, quanta mentis leuitas insidietur, aspiciant, ne dum uentri molliter seruiunt uitiorum laqueis crudeliter astringantur.

Gregorius Magnus, *Regula pastoralis*, 3.19 (SC 382, F. Rommel ed., p.376, ll.56-61).

Pars 5, Liber 1, Rubrica 2: De patientia et impatientia (fol.118rb):

Gregorius in pastorali capitulo 34. **Tanto minus quisque ostenditur doctus quanto minus conuincitur patiens.**<sup>1</sup> 52. capitulo. **Quisque non tam que ab altero tollerat quam que ab ipso tolerantur attendat. si enim sua que portantur considerat: ea que ab altero sustinet leuius portat.**<sup>2</sup>

1. Tanto ergo quisque minus ostenditur doctus, quanto minus conuincitur patiens.

Gregorius Magnus, *Regula pastoralis*, 3.9 (SC 382, F. Rommel ed., p.296, ll.21-22).

2. Ammonendi quoque sunt, ut eorum quisque non tam quae ab altero tolerat, quam quae ab ipso tolerantur attendat. Si enim sua quae portantur considerat, ea quae ab altero sustinet, leuius portat.

Gregorius Magnus, *Regula pastoralis*, 3.27 (SC 382, F. Rommel ed., p.450, ll.51-54).

Pars 5, Liber 1, Rubrica 4: De animi constantia seu perseuerantia leuitate pertinacia et mutabilitate (fol.119rb):

Gregorius in pastorali capitulo 43. **Perninaces nisi meliores se ceteris extimarent: nunquam cunctorum consilia sue deliberationi postponderent.<sup>1</sup> Pertinacia quippe ex superbia generatur. Inconstantia ex leuitate generatur. Admonendi sunt pertinaces vt elationes sue cognitionis agnoscant et semetipsos vincere studeant: ue dum rectis aliorum suasionibus foris superari despiciunt intus a superbia captiuati teneantur.**

1. Illis dicendum est quia nisi meliores se ceteris aestimarent, nequaquam cunctorum consilia suae deliberationi postponderent; istis dicendum est quia si hoc quod sunt, utcumque attenderent, nequaquam eos per tot uarietatis latera mutabilitatis aura uersaret.

Gregorius Magnus, *Regula pastoralis*, 3.18 (SC 382, F. Rommel ed., p.368, ll.8-13).

2. Pertinacia quippe ex superbia, inconstantia autem ex leuitate generatur. Ammonendi sunt igitur pertinaces, ut elationem suae cogitationis agnoscant, et semetipsos uincere studeant; ne dum rectis aliorum suasionibus foris superari despiciunt, intus a superbia captiui teneantur.

Gregorius Magnus, *Regula pastoralis*, 3.18 (SC 382, F. Rommel ed., p.370, ll.26-32).

Pars 5, Liber 1, Rubrica 7: De mansuetudine ira et furore (fol.122ra-rb):

Gregorius in pastorali capitulo 28. **Habet tristis ex propinquo iram.**<sup>1</sup> 41. capitulo. **Nonnumquam mansueti cum presunt vicinum et quasi iuxta positum torporem desidia patiuntur: et plerunque nimia resolutione lenitatis vltra quam necesse est vigore districtiois emolliunt. Iracundi cum regiminum loca percipiunt quo impellente ira in mentis vesaniam deuoluuntur: eo etiam subditorum vitam dissipata quietis tranquillitate confundunt.**<sup>2</sup> **Amplectantur mansueti sollicitudinem: damnent iracundi perturbationem.**<sup>3</sup> **Menti furore ebrie omne rectum quod dicitur peruersum videtur.**<sup>4</sup>

1. Habent enim laeti ex propinquo luxuriam, tristes iram.

Gregorius Magnus, *Regula pastoralis*, 3.3 (SC 382, F. Rommel ed., p.274, ll.13-14).

2. Nonnumquam namque mansueti cum praesunt, uicinum et quasi iuxta positum torporem desidia patiuntur. Et plerumque nimia resolutione lenitatis, ultra quam necesse est uigorem districtiois emolliunt. At contra iracundi cum regiminum loca percipiant, quo impellente ira in mentis uesaniam deuoluuntur, eo etiam subditorum uitam dissipata quietis tranquillitate confundunt.

Gregorius Magnus, *Regula pastoralis*, 3.16 (SC 382, F. Rommel ed., p.354, ll.4-10).

3. Amplectantur mansueti sollicitudinem, damnent iracundi perturbationem.

Gregorius Magnus, *Regula pastoralis*, 3.16 (SC 382, F. Rommel ed., p.354, ll.21-22).

4. Menti autem furore ebriae, omne rectum quod dicitur, peruersum uidetur.

Gregorius Magnus, *Regula pastoralis*, 3.16 (SC 382, F. Rommel ed., p.358, ll.65-66).

Pars 5, Liber 1, Rubrica 9: De verecundia (fol.123va):

Gregorius in pastorali capitulo 56. **Plerunque culpa dum absconditur effugatur: quia dum mens erubescit videri quod tamen esse non metuit erubescit quandoque esse quod fugit videri.**

Plerumque enim culpa dum absconditur, exfugatur, quia dum mens erubescit uideri quod tamen esse non metuit, erubescit quandoque esse, quod fugit uideri.

Gregorius Magnus, *Regula pastoralis*, 3.31 (SC 382, F. Rommel ed., p.486, ll.15-18).

Pars 5, Liber 3, Rubrica 1: De aduersitate et prosperitate (fol.137rb):

Gregorius in pastorali capitulo 51. **De spe eterne hereditatis gaudium sumant quos aduersitas vite temporalis humiliat: quia nisi saluandos in perpetuum cerneret erudiendos sub discipline regimine diuina dispensatio non frenaret.**

Hinc ergo de spe aeternae hereditatis gaudium sumant, quos aduersitas uitae temporalis humiliat, quia nisi saluandos in perpetuum cerneret, erudiendos sub disciplinae regimine diuina dispensatio non frenaret.

Gregorius Magnus, *Regula pastoralis*, 3.26 (SC 382, F. Rommel ed., p.444, ll.87-91).

Pars 5, Liber 3, Rubrica 6: De tristitia et merore (fol.140vb):

Gregorius in pastorali capitulo 28. **Habent tristes ex propinquo iram.**

Habent enim laeti ex propinquo luxuriam, tristes iram.

Gregorius Magnus, *Regula pastoralis*, 3.3 (SC 382, F. Rommel ed., p.274, ll.13-14).